apparuerit uita uestra tunc & uos appare
bitis cum ipso in gloria. Similes inquit ei
erimus. Quia cum inmutabilis & aeternae
diuinitatis contemplatione perfruemur. nos
quoque inmortales erimus. & similes quidem erimus.
quia beati. & tamen creatori similes erimus.
quia creatura sumus. Quis enim similes erit
inter filius dei deo. quamquam possit hoc etiam
de inmortalitate corporis dictum uide
ri. Et in hac quippe similes erimus deo.
sed tantum modo filio. qui solus in trinitate
corpus accepit. in quo mortuus resurrexit
atque id ad superna peruexit. Quo uidebimus
eum sicuti est. Esse deum est. aeternum hunc atque in
commutabilem permanere. Unde ad moysen
dicit. Ego sum qui sum. Et dices filiis israel.